Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Guido de Columpnis: Hystoria Troiana: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

Incipit prologus super ystoria Troiana compillatam per Guidonem de Columpnis ex scan(?) ex dictis Antiquorum Auctorum. Pr.

Licet cotidie vetera recentibus obruant, nonnulla tamen iam dudum vetera precesserunt, que sic sui magnitudine vivaci sunt digna memoria, ut nec ea cecis morsibus vetustas abolere prevaleant, nec exacti temporis antiqua curricula sopita taciturnitate concludant. Vigent enim in illis preteritorum magnitudine continuata recordia, dum preteritorum ad posteros sermo dirigitur, et antiquorum scripta fidelia conservatrices premissorum preterita velud presencia representant, et viris strenuis, quos longa mundi etas iam dudum per mortem absorbuit, per librorum vigiles lectiones, ac si viverent, spiritum ymaginarie virtutis infundunt. Troiane igitur urbis excidium, nulla dignum longevi temporis vetustate deleri, ut continuis recordiis successorum florere in mentibus illorum scribentium calamus fideli scriptura depinxit. Non nulli tamen eius ystorie poetice alludendo veritatem ipsius insignitam conuicta quibusdam fictionibus transumpserunt, ut non vera que scripserunt viderentur audientibus perscripsisse, sed potius fabulosa. Inter quos suis diebus maxime auctoritatis Homerus apud Grecos eius ystorie puram et simplicem veritatem in versuta vestigia variavit, fingens multa que non fuerunt et que fuerunt aliter transformando. Nam induxit eciam deos, quos colunt antiqua gentilitas, impugnasse Troianos et cum eis fuisse velud viventes homines debellatos. Cuius errorem postmodum parte curiosius insecuti sunt, dantes intelligi non solum Homerum fuisse fictionum auctorem, multa deludia scripsere prescriptis sunt in libris eorum. Unde Ovidius Sulmonensis prodigo stilo in multis libris suis utrumque contexuit. Addidit ei multa coniecta coniectis in infinitum, eciam non omittens. Virgilius in opere suo Eneidos, semper in maiori parte gesta Troyanorum cum de eis tetigit, subvenientis luce narravit. Ab Homero tamen fictionibus voluit abstinere in aliquibus. Quare ut fidelium ipsius ystorie veritatem scripta apud occidentales omni tempore futuro vigeant successive ad utilitatem eorum, et precipue qui grammaticam legunt, ut se perpetue sciant vera a falso de hiis que de eadem ystoria in libris grammaticalibus sunt descripta, ea que per Ditem grecum et per Frigium Daretem, qui tempore Troyani belli continue in eorum exercitibus fuere presentes, et eorum que viderunt fuerunt fidelissimi relatores, in presentem libellum per me Iudicem Guidonem de Columpna auctorem et compillatorem mensa sana transumpta legentur. Fuit in duobus

Marginalia: Auctor al. — Auctorem — Auctorem — Poeta — Poeta — Poetam — Poetam

libellis eorum inscriptum quasi una uo
cis consonancia inuentis. Athenis reperi.
Quamquam ante hos libellos. quidam
(Poeta) romanus nomine Cornelius nomine Salusti
magni nepos in latinam linguam transfor
mare curauit. Tamen dum laborauit ni
mium esse breuis particularis ystorie ipius
que magis possint allicere animos auditorum
propter nimiam breuitatem perderent ob
misit. In hac igitur hic libelli totum inue
nitur inscriptum quid de tota ystoria
uniuersaliter et particulariter gestum fuit.
Que fuit origo inimiciarum scandali
que aduersus phrigios grecia concitauit
ut appellacione grecie non magna. Sicud
ytalia intelligeret ut uoluerunt nonnulli
debeat comprehendi. dicentes aduersos Troya
(Nota de origine Achil.) nos et magnam greciam .i. ytaliam quam
appellamus hodie romaniam consurrexisse
cum parua grecia. s. sola. licet paucis aliis
sibi adiunctis uenire expugnare troyanos.
Sed et ipsius ystorie series. per eam quam infra
legentes apercius demonstrabit. Sic ergo succ
cessiue describetur in ipsa. qui Reges
et qui duces grecorum armata manu et
quot nauibus se impendium exercitum contule
runt et quibus armorum insigniis . Qui
Reges et duces in troyanis urbis defen
sionem aduenerunt. Quanto tempore
fuit protracta uictoria, quociens bellatum
certatum et quo anno, quis in bello decesserit,
et cuius ictu de quibus omnibus pro maiori parte.
Cornelius nichil dixit. Set prius est ergo ut ad (Poeta)
eius narracionis seriem accedatur. Liber primus
de Peleo Rege thessalie maliciose indu
cente Jasonem ut se conferat ad aureum
uellus

In Regno thessalie parte. s. principatus
Romanie, cuius incole mirmidones (al' incole)
dicti sunt. quod nos hodie uulgari denominacione
cione Salonichon appellamus regna
bat tunc temporis. Rex quidam iustus et
nobilis nomine Peleus cum eius consorte Theti
da nuncupata. ex quorum matrimonio pro
cessit uir ille tam fortis tam animosus
tam strenuus denominatus Achilles. Hos
mirmidones illi qui dicere uoluerunt
magnam greciam .i. ytaliam in troyanorum
excidium aduenisse apulianos esse dixerunt
gens quedam. uidelicet que in Regni Si
cilie finibus habitat constituta. Unde pro
uincia illa. Apulia dicta est, et Ciuitas
Ierin, que in ipsa prouincia sita est. Apulia
Thetide nomen asserunt assumpsisse. Set
sic dicentes probantur errare. Cum isti
mirmidones habitatores Thessalie
nuncuparentur. Quorum dominus post obitum
Regis Pelei patris sui, natus Achilles